



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.I.], 1579**

**VD16 V 541**

De Sacramentis Non iterandis. Titulus XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

*Quis Finis & Effectus?*

Finis & effectus est, auctio gratiæ diuinæ, ad exequendum rectius ea, quæ cuiusque ordinatio, dignitas, & conditio requirit, c. Episcopi, §. quæliter, extr. de translat. epis. addit Alphonsus in suo thesauro Christ. relig. adhuc 7. effectus. 2. effectus est, consolidatio spiritualis debilitatis per peccatum inductæ. 3. sanitas corporalis. 4. remissio peccati venialis & mortalís. 5. diminutio pœnæ peccato mortali debitæ. 6. interior lætitia. 7. arctatio diabolicæ potestatis. 8. protestatio decedentis, quarum explicationem apud Alphonsum, tit. hoc, vide.

DE SACRAMENTIS NON  
iterandis.*Titulus XVI.*

## Continuatio.

**S**i quid in Ordine prætermissum sit, non de nouo instituenda est ordinatio: sed, quod ad fieri possit, cautè supplebitur id, quod per er torem, vel incautè neglectum est, c. i. &, c. presby ter, extr. eod. Rationem quære, in c. i. quæst. 1. &, c. sacramenta, &, c. manus. Nisi omnino contra formam Ecclesiæ ordinatio fuerit facta, arg. 12. quæst. 2. c. sine exceptione, 35. [quæst. 5. c. alter.]

DE

